



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 156. Parmensis urbs Octavio Farnesio a Pontifice reddita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

Sæcul. XVI. tini Concilii Præses, primusque Sedis  
A.C. 1549. Apostolicæ Legatus renuntiabatur, ac  
 nondum ad Pontificatum evectus tanta  
 severitate omnia pertractabat negotia,  
 ut Cardinales illum ad supremam D. Pe-  
 tri Cathedram elevare reformidarent,  
 quamvis postea ad mitiora descenderet.

## §. CLVI.

*Parmensis Urbs Octavio Farnesio  
 a Pontifice reddita.*

*Pallav. hist.* *Cum autem Farnesiani potissima ex*  
*Conc. Trid.* *parte hanc electionem promovis-*  
*l. XI. c. 7. n. 1.* *sent, hinc Pontifex in grati animi testi-*  
*Sleidan. l. 21.* *monium Parmensem Urbem Octavio red-*  
*p. 777.* *didit, legi in conclavi impositæ satis-*  
*facturus, vi cuius neo - eligendus Pon-*  
*tifex hujus urbis restitutionem se factu-*  
*rum jurato promittere adstringebatur.*  
*Insuper etiam, ut hujus rei executio-*  
*nem magis expeditam redderet, pro-*  
*prio ære viginti aureorum millia Ursino*  
*numerabat, cum Octavius ex suis bo-*  
*nis hanc summam pendendo impar es-*  
*set: Ursinus vero urbem hac conditione*  
*non adimpta restituere recusaret. Ve-*  
*rum Placentiam restituere haud po-*  
*terat, eo quod Imperator hanc urbem re-*  
*tinere decreverat, unde etiam successu*  
*tempo-*

temporis bellum inter Carolum Impe- Sæcul. XVI.  
ratorem, & Gallos exarsit. A. C. 1549.

## §. CLVII.

*Pontificis gloria per unius Cardinalis  
nominationem labefactata.*

**E**quidem neo-electus Pontifex parum *Pallav. l.c.*  
admodum rebus publicis intentus, *n. 4.*  
integros dies in hortis suis deambulan- *Ciacon. p. 759*  
do consumpsferat, atque identidem con- *Raynald. hoc  
ann. n. 50.*  
silia agitabat de ædificandis suburbanis  
recessibus ad delicias compositis, nihil  
tamen magis Pontificatus ejus initia  
dehonestavit, quam prima cujusdam  
Cardinalis electio; cum enim pro ve-  
teri more Pontifex recens electus Car-  
dinalium Galerum, cuicunque vellet,  
imponere soleat, suum Julius attributo  
etiam cognomine, atque insignibus  
cuidam juveni ad quævis audenda pro-  
clivi concessit. Hic nomine Innocen-  
ti tam obscuris, ut etiam ipsius gene-  
ris fama ignoretur, natalibus ortus in-  
ter Montani Cardinalis famulos, nonni-  
si cujusdam simiæ curam sibi demanda-  
tam habebat. Hic adolescens patria  
Placentinus cum eo tempore, quo Montan-  
us Cardinalis ejusdem Urbis Lega-  
tus erat, cuidam famulatui fese abdice-  
re quæreret, a præfato Cardinale tanti  
habitus